

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Rector Academiae Lipsiensis Ad Festi Pentecostes
Solennia Qva Decet Animi Pietate Celebrandam Excitat
Atque Invitat**

Tietze, Immanuel

[Leipzig], [1714?]

VD18 13541390

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

1. Progr. Lip. / natu. it. Jen.
2. Progr. Lip. / psch. it. Jen. it. Erfurt.
3. — — Pentec. it. Witt.
4. Hardthara Helmst.
5. Heirecc de vera natu. Christi
6. Bel Hist. Lingua Vngar.
7. Riformator Postscriptum



61.C.2
61C2

51,
52.

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
AD
FESTI
PENTECOSTES
SOLENNIA
QVA DECET ANIMI PIETATE
CELEBRANDA
EXCITAT ATQUE INVITAT.

15. IX



*Pirus gratiae est & precum חן
ותחנויות quem Noui Testamen-
ti nobis praefstat felicitas, Chri-
sto optimo Saluatore per passiones
consummato, atque ita ad Patrem
suum vadente, non parca manu eum
distribuente, sed copiosissime effun-
dente. Ille enim cruci affixus, ma-
nus ossibus, est qui, vt apud Prophetam*

Matth. II, ii. praedixit, aquarum instar eum effudit, *baptizans Spiritu Sancto*. Iuuat audire ipsa Prophetica verba diuina sublimitate conspicua, nec humano facile imitanda stylo:

Zach. XII, 10.
seq.

ושפכתי על בית דוויר ועל יושב ירושלים רוח
חן ותחנוניות והבטה אליו הארץ אשר רקרו וספרו
עליו במספר על היחור והחר עליו כהמר על
הכדור ביום ההוא יגמל המספר בירושלים במספר
super domum Dauid, ו super inquilinum Ierusalem gratiae
precumque spiritum. Et ad me respicient quem confode-
runt. Postquam nempe planctus super illum elatus fuerit, instar
babens planctus de filio unico, ו luctus ad instar luctus de pri-
mogenito. Circa ea tempora in vrbe Hierusalem planctus
aug-bitur, qualis planctus Hadar Rimmon in valle Megiddon.
Vbi, ut de contextu & constructione huius oraculi constet,
hoc quidem ante omnia obseruo, primo vocem in eo ipsius
Iehouae audiri, Iehouae vero אשר רקרו quem confoderunt,
qua Spiritus Sanctus, postquam confessus effusa anima ad
Patrem ille abiit, promittitur. Inde vero commentationem
Propheticam subiungi, felicia illa tempora, ex duplici cha-
ractere designantem. Prior est, suppeditatus in ipsa promis-
sione Iehouae, qui dixerat, se daturum liberaliter Spiritum
illum,

illum, postquam confessus sit. Vnde Propheta accepta occa-
sione, rerum illarum consecutionem luculentius edisserit:
fere praedicens, ut luctus ille propter ira confessum insignis,
abitusque adeo confessi ad patrem antecedat Spiritus San-
ctus missionem. Haec ita habere mutatio *suffixorum* sua-
det. Cum enim antea in prima persona locutus esset, qui
in praecedentibus nominatur Iehouah, **הָבֵרֶת אֱלֹהִים ad me
respicient.** Iam Propheta, oraculum illud commentatus, in
tertia persona loquitur **סְפִידָר עַלְיָן Plangent super ipsum.**
Præmisso **¶** quod consecutionem istarum rerum significat,
postquam planixerint. Quae si cum euentu comparemus,
egregie eum respondisse oraculo deprehendimus. Iam
enim eo abeunte Saluatore, qui est Iehouah, vbi confodien-
dus erat, planctu lacrymisque eum insecurae sunt (*ἐκόπλως*^{Luc. XXIII, 28.}
καὶ οὐδέποτε οὐδὲν) matres Hierosolymitanae, ut vnigenitum, ut
primogenitum natum, ipso Saluatore agnoscente planetum
hunc esse, qualis matres in deinceps fecuturis calamitatibus
filios suos lugentes addececat: *me quidem deflere nolite, sed
ipsas vos, filiosque vestros.* Alter vero character temporis,
quo illam temporum effundendi Spiritus S. felicitatem de-
signat Propheticus commentarius, est planetus in medio
Hierusalem, planetui Hadar-Rimmon in valle Megiddon si-
milis. Qualis vero ille planetus? Scilicet in valle Megid-
don Iosian Regem cum exercitu suo strage insigni affectum,
suisque succubentem fatis, acerbissime planxisse suos,
Adarrimonitas in primis, in quorum conspectu illa edita
fuerat clades, Adarimmon vrbe in ea valle scilicet sita, quae Hieron. de
Maximinopolis posteritati audiuit, ex monumentis Iudeo-
rum diuinis nouimus. Simili planetu Hierosolymam con-
tinuatae sub Titi Vespasiani auspiciis Iudacorum clades,
vsque ad incendium vrbis, impleuere, non Rege tantum, sed

² Reg. XXIII.

² Paral. XXXV,

24.

Hieron. de
loc. Hebr.

Regno, fatali illō excidio extincto. Sic igitur Spiritus S. effusio, modo admirabili coepit, terminis quasi quibusdam includitur circumscribiturque: post planctum de confosso Salvatore editum, sed ante expirantis cum planctu Regiae & Reipublicae Iudaicae fata, expectanda. Quae dici non potest quam diuino & admirabili concentu conueniant cum eis quae in Euangelistarum legimus monumentis. Eo ipso enim tempore, quo prior Propheticae commentationis pars impliebatur *planctu muliebri*, confodiendum planctu vngnitorum primogenitorumque prosequentium; iam iam imminere praedicit Saluator alterius quoque partis propheticae commentationis impletionem, quam antecedere Spiritus S. debebat effusio. *Me quidem, inquit, flere filiae Hierosolymitanae definite*, vos vero ipsas vestrosque plangite natos: ecce enim venit tempus quo dicant, beatae steriles, ventresque qui non generunt, ac ubera quae lac nulli unquam praebuere. *Tunc montibus dicent, irruite in nos, collibusque obtegite nos.* Equidem ut hocce oraculum tam clarum obfuscarent Iudaei, quibus scandalo est *Saluator confosus*, post abitum per viam passionum Spiritum gratiae & preicationum mittens, sacrilegas magnus ne ab ipso quidem Sacro textu abstinuerunt: quem, si apices spectes, leuissima mutatione quoad sensum penitus corruerunt, pro *חבירתו אלין ad me respicient substituentes* *חבירתו אלין ad ipsum respicient*. Iam olim ea illis dica a Rabano Mauro, Archi-Episcopo Moguntino, in libello quem contra Iudeos edidit scripta est, cuius verbis expositam iuuat audire corrumplentium mentem: *Ibi nos*, inquit, *iuxta fidem Scripturae Sanctae ex persona Dei legimus: Et adspicient AD ME quem consixerant: illi quamvis in ipso textu libri, diuino nutu terente, non fuerint ausi mutare, tamen extrinsecus e latere*

ANNO-

Num. XII.

annotatum habent: Adspicient AD EVM quem confixerunt.
Et sic tradunt suis discipulis, ut sicut in textu continetur trans-
scribant, & sicut foris adnotatum est legant, ut teneant vide-
licet, quod iuxta eorum dementiam, Iudaei adspicient, quem
confixerunt, Gog & Magog. Nempe noui Keri commento
ineptissimi homines splendidissimi oraculi luci tenebras of-
fundere sunt conati. Neque eorum sceleratum facinus con-
tra Rabani autoritatem negandum facile esse, vir summa Re-
ligione in sacra oracula, & amore non vulgari in eam gentem
conspicuus; Ioannes Christophorus Wagenséilius, conten- Sotae. p. 68.
dit. Sed quam vanus quam sine viribus ille fuit conatus!
Qui, vt ne tot codicum, tot versionum, LXX senum in primis
qui Iudaei fuere, vt ne tot interpretum antiquiorum, Vzie-
lidis maxime, qui genuinam retinuere lectionem, ei oppo-
namus autoritatem, vel Iudaicae Masorae, quantulacunque
illa sit, luce, noctambuli ad instar spectri euanscere cogitur.
Ea enim pridem variantium Lectionum, quarum aliqua sit
antiquitas, ita numerum iniuit, vt nullum nouum Keri irrepe-
re possit. Quamuis igitur eius corruptionis autoritatem
ipsum Talmud in Succa tueatur, omnesque liri En Israel edi-
tiones, ita tamen praeualuit Masorae apud ipsos Iudeos au-
toritas, vt commentitium illud Keri ex omnibus, quas hodie
nouimus, editionum marginibus exulet. Praeterea ipsi praef-
stantissimi ad hunc locum Iudeorum Magistri de Messia
haec verba acceperunt, teste eius rei R. Salomone Iarchio,
quamuis interpretationem notissimo commento de duplice
Messia confusuraverint, & verba Prophetae de Messia, filio
Ioseph, cuius statum miseriae agnoscunt, acceperint. Purius
in Bereschit Rabba de hoc oraculo θεολογεσι, vbi ad quaestio-
nem illam: quis tu mons magne? respondeatur verbis sequen-
tibus: הַר הַגּוֹלֶן זֶה מָשִׁיחַ בֶּן רֹאֵב mons iste magnus

*est Messias filius David, quod post probatur, ex acclamatione
gratia gratia illi נתן חן ותחנוני שוחזת quia dat
gratiam & preces, verbis Prophetae nostri.*

At quod praecipue spectare in illo oraculo nos iubent
istius festi solennia, ipse ille Spiritus est, quem effusurus esse
dicitur, postquam ipse sanguinem suum confossum effudit,
Messias, Saluator noster. Ille dicitur Spiritus חן ותחנוני
*Gratiae & precum. Gratiae nempe est Spiritus, qui ut ipse
est gratiae donum, ita ex gratia quoque nobis opitulatur,
precibusque nostris gratiam addit, ad gratiam obtinendam.
Precum vero est Spiritus, qui in precibus formandis funden-
disque eam praefstat opem, vt istud eius quasi opus sit at-*

Rom. VIII, 26. que munus, ipse ὑπερενθυγχάνων ὑπὲρ ἡμῶν σεναγμοῖς αἰνειλαλή-
τος interpellans pro nobis gemitibus ineffabilibus: Ipse clamans in cordibus nostris Abba pater. Ipse nempe nostrae
succurrit ignorantiae, de indigentia nostra nos admonens,
alias quid precemur cum Sunami ide nescios. Ipse ad desiderium feruidum eorum quibus nos indigere docuerit excitat, vt πνεύματι euadamus γέοντες, h. e. spiritu feruentes. Ipse Christum ostendit, per quem patrem adoremus, quem Dominum appellare posse nemo nisi per Spiritum Sanctum. Ipse patrem ostendit per eum placatum, vt clamare possimus Abba pater. Ille fidei est Spiritus, sine qua nullae sunt preces, atque dum attestatur Spiritui nostro filios Dei nos esse, fiduciam illam quae animat preces nostras operatur, qui seruili cessante conditione patrem nostrum cum plena invocare πληροφορεῖ valemus. Ille sanctificat nos ut sanctas
sine murmure doloque eleuare manus possimus. Ille bonum in cordibus nostris ebullit sermonem, & tanquam mysticum mustum facundas facit virgines, hoc est virginae puritatis animas, imo ut labia loquuntur dormientium efficit. Ille de-
mum

1 Cor. XII, 3.

Gal. IV, 6.

2 Cor. IV, 13.

Selden. de
Success. c. IV.

Pi. XLV, 2.

Zach. IX, 17.

Cant. II, 9.

mum ipse precibus nostris quae sunt ab operatione eius, ut
qui clamet in cordibus nostris, addit de suo, ἵπερεντογχέσιων,
noster aduocatus, intercessor noster. Hincque adeo *ut lud. xx.*
per Christum orare, ita *in Spiritu* precari dicimur, imo in
Spiritu & in veritate, cum verae preces solidaeque non sint,
quae spiritum illum precum aut orem non habeant. Hinc
iam precibus sua virtus, efficacia sua, nullo affectatae πο-
λυτογιας & βαριτογιας, nullo frequentiorum repetitionum,
numerum quarum ineas ipse, merito. Illa Pharisaicus Spi-
ritus ebulliebat, his Sanctuli quidam in Papatu precibus
suis meritum pretiumque conciliabant, conciliantque. Ex-
empla ex vitiis Patrum colligere non difficile. Mosen Ae- Vit. Patr. Ros-
thiopem, principem olim latronum, quinquaginta quotidie ^{weidi libello 8.}
orationes peregisse, Paulum monachum trecentas, Virginem
quandam septuaginta narrant. Christophorus Mona- ^{ibid. I. 10.}
chus centies in nocte oravisse perhibetur. Beatam Cla- ^{Vita Clarae}
ram de Monte Falco millies quotidie Deum adorauisse genua
flectentem, & totidem fundentem iaculatorias orationes,
in eius vita Bapt. Pergilius retulit. S. Franciscum tota no-
cte orauisse, haec verba repetentem sola: *Deus meus &*
omnia, est obseruatum. Patrem Didacum Martinez vero, Nic. Lancinius
Peruani regni Apostolum, sexcenties quandoque repetuisse opusc. Spir.
verba duo *Deo gratias*, aiunt, atque alios ut idem ficerent XI. c. 30.
esse hortatum, nullam orationem breuiorem esse, nullam
Deo magis acceptam, dicentem. Iacobum Cerrutum ve- ^{Id. ibid.}
ro, ex Societate Iesu, innumerabiles actus amoris, & gratia-
rum actiones singulis diebus elicuisse, quae aliquando ad vi-
ginti quatuor millia excreuerint, vota autem ter millies quo- ^{Godignus in}
tidie renouasse. Sub regimine item P. Consalui Sylueriae vita P. Con-
fusse, qui breui oratiuncula decies millies in die diuinum ^{falvi L. III. c. 10.}
auxilium inuocarent. Similemque orandi frequentiam ex
eadem

L. III. c. 8.
e. VI.

Eadem Societate Sebastianum Barradam, & Franc. Suarez
fuisse imitatos. Sed quid opus plura exempla colligere,
quae manu liberali suppeditarunt Ioannes Rio in *Historia
virtutum*, & Cardinalis Ioannes Bona, in *Via Compendii ad
Deum?* Ex talibus aestimare *Spiritum gratiae & precum*,
nisi illusionibus te exponere velis meris, vix possis. Otio-
forum haec monachorum commenta sunt, qui praeclaro
Rosariorum inuento seculares etiam homines postremo
Deo annumerare preces, vanissima affectatione repetitas,
docuerunt. Vbi eius affectationis vel in Christo vel in
Apostolis nostris est exemplum? vbi argumentum? vel
saltem vestigium? Nos sine affectatione Spiritus precum
τὸ πῶς καὶ τί quomodo & quid orare debeamus edoceat!
Eius rei gratia festi istius solennia ut decet celebraturi pecto-
ra nostra *templa* ipsi consecremus, peccatis voluntariis ne
contristemur, ut ne ex illis discedere cogatur, gratiam eius
illuminantem sanctificantemque admittamus, ut sic aduo-
catum eum etiam & *precum Spiritum* cum plenissimo ani-
morum nostrorum solatio experiamur. Illi deuotioni in-
seruire cupimus Orationem, quam die festi maxime Sol-
lenni, *de fidelibus Templis Spiritus Sancti* H. XII. ex vmbone
templi Academicci iussu nostro, lingua Graeca, habebit
Vir Iuuenis clarissimus, M. IO. CHRISTIAN. SALIG,
Melsa-Misnicus. Ad quam cum debito pietatis sensu au-
diendam VTRIVSQ. REIP. PROCERES & nostrae ciues,
qua per est obseruantia atque humanitate, inuitamus.

P. P. Vigiliis Pentecostes A. I. S.

cloccc XIV.

Typis IMMANVELIS TITII

61 C 2

W 0-13

